



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 38. Hispaniæ Regis literæ ad Papam pro definienda hac controversia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

§. XXXVIII.

*Hispaniæ Regis literæ ad Papam pro
definienda hac controversia.*

Cum Hispaniæ Orator per integros quatuor Menses Congregationes inter-
citas ægre ferret, ac ejusmodi dilatio-
ne decisionem causæ aut retardari aut
omnino impediri vereretur, aliunde au-
tem ex crebris literis ex Hispania alla-
tis perciperet, quod hoc regnum ma-
gno profecto imbibendi Pelagianismi discri-
mine periclitaretur, hinc die trigesima
Augusti Pontificem adiit, eidem matu-
randæ definitionis necessitatem effica-
cissimis rationum momentis exponens:
ubi vero justas interrupti laboris caus-
as a Pontifice edoctus fuerat, ea de re
Regem Catholicum datis literis monuit:
interea vero Philippus Rex percepta Con-
gregationum interruptione proprio chi-
rographo hunc in modum perscripsit
summo Pontifici:

Hist. Congr.
l. 3. c. 6.
Epist. Reg.
Cath. ad
Papam.

Beatissime Pater!

Sæpius Sanctitati vestræ nomine meo
exposuit Dux de Sessa, quam necesse sit,
ut Auxiliorum controversiæ, in qua Præ-
dicatores cum Jesuitis committuntur, fi-
nem imponat, quamquam autem mihi ipsi
rescripserit, quam ardenti desiderio id velit

U 5

Sancti-

Sæc. XVII. *Sanctitas Vestra*, quamque indefesso
 A. C. 1603. die Congregationibus habendis adlabore
 cum tamen mala indies suboriri, Ec
 siamque Catholicam Schismatis peric
 committi sentiam, nisi Apostolica de
 tione provideatur, idcirco Sanctitati
 Vestram omni qua possum contentione
 ardore, pro rei magnitudine precor,
 Controversiam, posthabita quacunque
 tione definiat, pacem Ecclesie concilia
 cunctosque fideles imminentis periculi
 commotos soletur. Qua de re distincti
 Et fusius vobiscum aget Orator meus,
 jus fidei cuncta committo. Deus pro
 tis Sanctitatem Vestram sospitem habe
 Datum del Pardo vigesima quarta
 vembris anno millesimo sexcentesimo tertio
 Vestrae Sanctitatis humillimus ac devot
 simus filius, Philippus Dei gratia Re
 Castellæ, Aragoniæ, Leonis, utriusque
 Siciliae, Hierosolymorum, Lusitaniæ, Nav
 varrae, Et Indiarum; qui ipsius Sanctitatis
 simos pedes, ac manus deosculor.

Dato ad has literas responso Pontifex Regem certiore reddebat, quod ipse summam atque indefessam materiam hanc decisionem operam navaret necnon continuato studio Congregationum paulisper interruptas reassumens jussisset.